

*adorant ydola*

ab ista ciuitate Tanpinçu disceditur itur tribus dietis uersus sirocum. continuo inueniendo multas ciuitates & castra ualde pulcra & magna ubi inuenitur de bonis omnibus habundanter & pro bono foro. cuius gentes adorant ydola monetam habent de cartis sunt sub dominio magni can & respondent ciuitati Qisay ibi non sunt nouitates aliue declarande/ & in capite trium dietarum inuenitur supradicta ciuitas vngui nobilis & magna que respondent ciuitati Qinsay eius gentes adorant ydola monetam habent de cartis & sunt sub dominio magni can viuunt de mercimonijs & artibus in ea non sunt dicenda aliqua dicemus de ciuitate ghengui cum quidem disceditur a vugui itur duabus dietis per syrocum inueniendo continuo multas ciuitates & castra ita spissa quod uidetur iri per medium alicuius ciuitatis. respondent ciuitati Qinsay. gentes adorant ydola. & sunt sub dominio magni can. habent habundanter de omnibus oportunis. Jbi sunt longiores & grosiores arundines quam in tota illa patria ualeant reperiri quoniam sunt ibi aliue cane que in grositudine girant per quatuor palmos circum & longitudinis sunt passuum xv. aliqua alia ibi dicenda non sunt/ & in capite duarum dietarum inuenitur ciuitas ghengui que est multum pulcra & magna & respondent Qinsay gentes ipsius adorant ydola/ & sunt sub dominio magni can habent habundantiam syrici viuunt de mercimonijs & artibus. & habent de omnibus uictualibus habundanter non sunt alia dicenda & ideo ulterius procedemus Et discedendo a ciuitate Ghengui itur quatuor dietis uersus syrocum <sup>47r°</sup> inueniendo continuo multas ciuitates & castra contente in regno Qinsay in quibus inueniuntur queque uictualia habundanter gentes adorant ydola monetam habent de cartis & sunt sub dominio magni can viuunt de mercimonijs & artibus & habent uenationes & aucupationes multas diuersorum animalium Jbi sunt leones grandes & feroce. arietes non habentur per uniuersam prouinciam manci set boues habent multos bufalos uaccas ircos. capras & porcos alia dicenda non sunt hic/ & in capite quatuor dietarum inuenitur ciuitas Çansan que est ualde pulcra & magna. & est sita supra quoddam flumen. & diuidit ipsum flumen quia pars una fluminis transit ab una parte ciuitatis & alia transit a parte altera. ciuitas est sub dominio magni can. & respondet ciuitati Qinsay. gentes adorant ydola. viuunt de mercimonijs & artibus. allia non sunt in ea digna relatu. quare ulterius procedemus noueritis itaque quod posquam disceditur a çansan. itur tribus dietis per pulcrum & delectabilem contratam in qua inueniuntur multe ciuitates & castra in quibus sunt mercatores & artifices multi. Et gentes adorant ydola. respondent ciuitati Qinsay & sunt sub dominio magni can. habent de uictualibus habundanter venationes & aucupationes bestiarum & auium multas habent/ alia non sunt dicenda ibi & ideo ult[er]ius procedemus in capite vero trium dietarum inuenitur ciuitas cuçu que est multum nobilis & magna cuius gentes adorant

*adorant ydola*

*adorat ydola*

*adorant ydola*

*adorant ydola*

*adorant ydola*